710

Eorundem de aduitalitate mutua Quietatio

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premyslien. Generosi
561 Andreas Casimirus Rzeczycki Thesaurarius Podlachiae ab Vna et Zophia Garczynska Gnosi Alexandri Garczynski Gladiferi Terrae Helmensis postunc ad praesens Vexilliferi Pomeraniae Capitanei Rzeczycen., cum d. Gnosa Anna Marchocka, consorte eius legitima procreata filia eiusdem Vo Gnosi Andreae Casimiri Rzeczycki Thesaurarij Podlachiae consors parte ab altera conjuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedentes, praesenti vero Castrensi Capitali Premyslien. Iurisdictioni (quoad Actum hunc attinet) secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporatis atque subijcientes, palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognouit. Quia ipse et quidem maritus solus per se praenominata vero Gnosa Rzeczycka cum eiusdem mariti sui Vti Futuris coniugalis atque supra scriptum Gnosi Alexandri Garczynski Capitanei Rzeczycen. Parentis sui tum et Gnosi Michaelis Marchocki auunculi sui personali assistentia et Vltimo ad infrascripta recognoscenda consensu sese mutuo

et

et invicem una Pars alteram de Inscriptione Aductalitiali Castrensi Premisliensi super bonis quibusvis omnibus Hereditariis et Obligatoriis Mobilibus et Immobilibus summisque pecuniis quibusvis habitis et habendis atque tota suppellectili domina in quacunque forma et Materia existens se se extendente ab Utrinque Coram Actis Officii praesentis Boria Bertia in Crastino Festi Sanctorum Omnium Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto recognita tum de alia quaevis Inscriptione etiam similiter Aductalitiali coram quibusvis Actis Authenticis Regni facta quietant emittunt dimittunt liberosque et absolutos se se faciunt et pronuntiant perpetuo Easdem Inscriptiones Utrasque Aductalitiales tam Coram Officio praesenti quam et alio quovis Regni recognitas in toto et per omnia Cassant Mortificant et annihilant sibi suisque posteris ratione praemissorum omnium et singulorum perpetuum imponendo silentium.

Sieleccij Putiatyckiemu Obligat

562

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis Nobiles Fedor et Alexander Sieleccy Dziurce Fratres inter se germani sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum modernum attinet se Cum Successoribus cum bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie